

Prohemium

Prohemium de proprietatibus reru fratris Bartholomei anglici ordinis fratrum minorum. feliciter incipit.

Omnium proprietates reru sequuntur substantias. secundum distinctionem et ordinem substantiarum. erit ordo et distinctio proprietatum. de quibus adiutorio diuino est presens opusculum compilatum. vnde mihi et forsitan alijs que naturas rerum et proprietates. per sanctorum libros necnon et philosophorum dispersas non cognouerit ad intelligenda enigmata scripturarum. que sub symbolis et figuris. proprietatum reru naturalium et artificialium. a spiritu sancto sunt tradite et relate. que ad modum ostendit beatus Dionysius in hierarchia angelica circa principium dicens. Non est aliter nobis possibile lucere diuini radii. nisi varietate sacrorum velaminum anagogice circumelatum. quoniam impossibile est animo nostro. ad immateriali celestium hierarchiarum ascendere contemplationem. nisi ea que secundum ipsum est materiali manu ductioe vtatur et cetera. quasi diceret. Non potest animus noster ad inuisibilem contemplationem ascendere. nisi per visibilem considerationem dirigatur. Inuisibilia enim dei. per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. vt dicit apostolus. Et ideo theologia prouide sacris et poeticis informationibus vsa est. vt rerum visibilium similitudinibus. allegorice locutiones et mystici intellectus transumptioes formentur. et sic carnalibus et visibilibus spiritualia et inuisibilia coaptentur. **H**uius rei gratia presens officio opusculum ad edificationem domus domini. que est deus gloriosus sublimis et benedictus in secula seculorum. In quo agitur de quibusdam proprietatibus reru naturalium. quarum alia est incorporea. alia corporea. Et primo de proprietatibus substantie incorporee. secundum sui differentias. quarum alia est corporea

inuisibilis. vt anima rationalis. Sensibilis et vegetabilis. alia non inuisibilis corporea. vt angelus. Et angelorum alij sunt boni. alij mali. In bonis vero angelis est ordo secundum triam multiplicationem trinitatis. vnde a beato Dionysio distinguuntur tres hierarchie celestes. quarum quelibet trium ordinum continet dispositiones. Nouemdecim itaque sunt. de quibus in hoc opusculo (adiuuante deo) per ordinem est agendum. et hoc tam in communi quam in speciali. **P**rimo igitur agit de deo et nominibus diuinis. que dicuntur de deo. vel quo ad essentiam. vel personam. siue quo ad effectum. siue appropriationem. **S**ecundo de proprietatibus angelorum. tam bonorum quam malorum. in generali et speciali. **T**ertio de proprietatibus anime rationalis. quo ad naturam sue simplicitatem. et quo ad virtutum suarum diuersitatem. et de eius vnione et operatione in corpore. prout confert ei formam et perfectionem. **Q**uarto de proprietatibus substantie corporee. scilicet de elementis et elementaribus qualitatibus. ex quibus componitur omne corpus. et de quatuor humoribus. ex quibus componuntur corpora tam hominum quam brutorum. **Q**uinto de hominis corpore et singulis eius partibus. de quibus sacra scriptura facit mentionem. **S**exto de etatibus. **S**eptimo de infirmitatibus et venenis. **O**ctauo de mundo. et corporibus celestibus. **N**ono de tempe et partibus temporis. **D**ecimo de materia et forma et earum proprietatibus et elementis. **U**ndecimo de aere et passionibus eius. **D**uodecimo de aquis. in generali et speciali. **T**ertiodecimo de aquis et eius differentijs et ornatu scilicet de piscibus. **Q**uartodecimo de terra et eius partibus. **Q**uintodecimo de puincijs. **D**ecimoseptimo de lapidibus et metallis. **D**ecimoseptimo de herbis et plantis. **D**ecimooctauo de animalibus. **D**ecimonono de accidentibus. scilicet de coloribus. saporibus. &c. In istis circiter. libellis. reru naturalium proprietates summam et breuiter continentur. prout ad manus meas. spice que effugerunt manus merentium. pertingere poterunt. In quibus de meo. pauca vel quasi nulla approposui. sed omnia que dicuntur de libris autenticis

sanctorum et philosophorum exapiens: sub bre-
ui hoc compendio pariter compilauit, sicut per
singulos titulos poterit legentium indu-
stria experiri.

Incipit liber pri-
mus de proprietatibus rerum venerabilis
fratris Bartholomei anglici.

De propri-
etatibus itaque et na-
turis rerum: tam spiri-
tuum quam corporaliu[m] elu-
cidare aliquid cupientes
ab illo sumamus exor-
dium quod est alphas et principium et finis omnium
honorum. In principio patris luminis: a
quo procedit omne datum optimum et omne
donum perfectum: inspirantes auxilium, ut ille
qui illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum: et reuelat profunda de tene-
bris: et abscondita producit in lucem, huic
opusculo (quod ad ipsius laudem et legentium uti-
litate[m]: de diuersis scripturarum et philosophorum dictis: non
sine labore colligere iam incepti) feliciter
dignetur impendere consummationem.

Ca. I. Unus im-
mensus et incommutabilis deus dicitur.

Est igitur ut dicit Innocentius
in. solus et uerus deus eternus, im-
mensus, incommutabilis, omnipo-
tens et ineffabilis pater et fili-
us et spiritus sanctus tres quod de persone, sed una
essentia substantia et natura simplex: omnino
pater a nullo, filius a patre spiritus sanctus ab
utroque absque initio et fine, pater generans
filius nascens, spiritus sanctus a patre et filio proce-
dens. De tres persone sunt consubstantia-
les, coeternae, omnipotentes, coaequales, unum
uniuersorum principium, creator omnium uisibi-
lium et inuisibiliu[m] spiritalium et corporaliu[m] crea-
turarum quod sua uirtute omnipotentem simul ab
initio temporis utraque condidit creaturam uide-
licet angelicam et mundanam, ac uerum humanam
quod coequetur spiritui corpore constituta[m] dicitur
Innocentius extra de sum. trini. c. i.

Ca. II De essentia
unitate et personarum pluralitate.

Hec autem sancta trinitas secundum
commune[m] essentiam est indiuidua
et secundum personales proprietates est
discreta in nature sue simpli-
citate non admittens diuisionem: nec in perso-
nali proprietate recipiens unitatem. Sed spiritus
in essentia unitas, et in personis pluralitas
inuenitur a qua omnis confusio et mutua confusio
remouetur, quia cum aliquid sit pater aliquid filius alius
spiritus sanctus, pater non poterit esse filius neque spiritus
sanctus, sicut nec e converso, spiritus sanctus
non poterit esse pater uel filius, nec filius pater uel
spiritus sanctus. Quodlibet istorum est una essentia
uel natura quod sola est uniuersorum principium
propter quod non est aliud repere, et hec essentia
neque est generans neque generata neque pro-
cedens. Sed est pater quod generat et filius quod ge-
gnit, et spiritus sanctus quod procedit ut simplex de-
stinctio sit in personis et in natura unitas
teneatur. Unde licet aliquid sit pater aliquid filius alius
spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id quod est pater est fi-
lius et spiritus sanctus, pater non generando to-
tam substantiam suam ei redit sine diuisione, et
tamen totum retinuit sine diminutione et sic
una et eadem res est pater gignens et filius na-
scens et spiritus sanctus ab utroque procedens. Dicitur
Innocentius, in. extra ubi supra de
summa trini. c. i.

Cap. III. Quod
quicquid dicitur de deo aut est essentia aut
notio aut persona.

Ut autem dicta et dicenda clari-
us elucescant notandum est iuxta san-
ctorum traditiones, quod quicquid in deo
est aut de deo dicitur aut est essentia
aut notio aut persona, una est ei indiuisi-
bilis essentia, persone tres, et he tres persone
sunt una essentia et unum deum, et quodlibet earum est
una essentia et unum deum, pater a nullo, filius a
patre nascendo, spiritus sanctus a patre per filium proce-
dendo, pater filium generat, filius gignit, et pater
cum filio spiritus sancti spirant, et quod filius spiritus
sancti spirat hoc habet a patre. Quicquid enim
persona habet uel facit, hoc habet a persona a qua
est. Et ideo quod filius est a patre ab ipso omnia habet,
et quod spiritus sanctus est a patre et filio ideo habet quod habet
conter ab utroque, sed propter huiusmodi nascibi-
litate[m] uel processionabilitate[m]: pater non est
maior nascere uel spiritus sancto procedente